ANTIDOTARIVM ROMANVM,

ſeu de modo componendi medicamenta, quæ ſunt in vſu,

Opus Pharmacopolis, Medicisque non minus vtile, quam neceſſarium.

AD S. D. N. GREGORIVM XIII. PONT. OPT. MAX.

CVM multæ, Sanctiſſime Pater, & illæ quidem præclaræ artes in hominum commoda, & vſus inuentæ ſint, vna tamen inter nobiliores maximè communis, maximèq. neceſſaria eſt ars medica, etenim aliæ alijs hominibus vſui ſunt, & adiumento, Medicina verò omnibus, vel in conſeruanda, vel recuperanda ſanitate; quæ in bonis humanis principatum obtinet ſic, vt læſa ipſa, cætera omnia non ſolum corporis, & fortunæ, ſed & ipſa animi bona debilitentur, & quodammodo langueſcant; Quare hanc diuinam artem per quam homo homini, quaſi Deus quidam efficitur, diuinum inuentum grauiſsimi, & ſapientiſsimi viri ſemper appellarunt. Et diuinæ litteræ, vel ipſo Dei digito perſcriptæ, nobiſque ad ſalutem tradite, eius profeſſores ad tuendum, & conſeruandum mortalium genus ſingulari Dei beneficio neceſſario procreatas, atque idcirco debito honore proſequendos eſſe clariſsimis, & diſertiſsimis verbis admonent. At verò cum hæc nobiliſsima facultas multarum artium adiumentis, & miniſterio indigeat, & præſertim in ea parte, quam Græci Pharmaceuticam appellant, illius artis, quæ ab eiſdem, Pharmacopeia dicitur, fidem, diligentiam, & operam requirat, quæ ſibi tum ſimplicia, tum compoſita medicamenta ſubminiſtret; cumque in ſimplicium delectum, & eorundem compoſitione, quam ſæpiſsimè in perniciem hominum peccetur, Collegium noſtrum, cui multis ante ſæculis præſtantiſsimæ artis medicæ, & earum quæ ad ipſam pertinent, cura quædam, & gubernatio à Superioribus Summis Pontificibus concreditа, & à Sanctitate Tua confirmata eſt, in viſitandis, & purgandis Pharmacopolarum officinis, illud ſemper ſtudet, vt ſimplicia medicamenta quantum fieri poteſt ſint optima, & ſi aliquid ex ijs quibus veteres vtebantur, hoc noſtro ſæculo de-

sideretur, aliud ei, quod facultate, & viribus vsquequaque respondeat succidaneum substituatur. Cum verò in ipsa medicamentorum compositione multa peccari intelligeret, atque illud præsertim, quod ea ab alijs, atque alijs aliter confici videret, neque omnes vt par est, in eodem medicamento miscendo, eandem rationem, & viam tenere, tum numero, tùm pondere rerum, ex quibus temperatur, quod Medicis ipsis in medendo ambiguitatem, & ægrotis sæpe detrimentum non leue parit: Statuit eandem, & illam quidem pro eo quantum eorum diligentia potuit, optimam componendi medicamenta omnibus Pharmacopolis rationem præscribere: Atque idcirco diu multumque laborauit, vt hoc opus de Compositione medicamentorum, quod Dispensarum alij, nonnulli vero Antidotarium appellarunt; à Pharmacopolis, & Medicinis exoptatum, & à Sanctitate Tua pro illa perpetua, quàm boni publici curam gerit, non solum petitum, sed propè flagitatum, & conficeret, & confectum in publicam vtilitatem daret: qua in re licet alij ingenio, & doctrina præstantes viri, & nobilissima Medicorum Collegia egregiam operam posuerint. Tamen hunc à nobis post tot alios susceptum laborem non inutilem fortasse iudicabunt, qui singula conferre voluerint. Eam verò qualis qualis sit, vtilitatem, quam ex his laboribus, & lucubrationibus pro communi mortalium salute susceptis capient homines, Deo primum omnium bonorum auctori, deinde tibi eiusdem Dei Vicario Gregori Pont. Max. acceptam referre debent. Qui vt alia pro tempore omittamus, quum pro tua singulari prudentia, quæ cæteris omnibus tantum, quantum dignitate præstas, proque incredibili prouidentia animaduerteres, quam incommoda, & vniuersæ Vrbi perniciosa foret antiqua illa lis, quæ Collegio nostro cum Pharmacopolis intercedebat, eam prudentissimè extinxisti, atque ita extinxisti, vt discordiæ tamquam arbor à Sanctitate Tua non modo incisa, quod multi alij Summi Pontifices ante te fecerunt, sed radicitus euulsa sit. Quo factum est, vt visitationes officinarum Aromatariarum in discordia illa intermissæ, in hac stabili concordia repetitæ, eas ita purgarint, vt nunc propemodum aliæ omnes, certè magis salutares videantur esse, quam prius essent. Cum verò hoc vnum desideraretur: vt certam & illam quidem vnam, eandemq. rationem componendi medicamenta quorum frequens est vsus haberent Pharmacopolæ, summa Sanctitatis Tuæ, cui secundum Deum obtemperandum auctoritate factum est, Beatissime Pater, vt quod iam dudum Collegium nostrum cœperat, quam celerrimè, quantum hominibus occupatissimis licuit, & diligentissime perficeret: qua re hoc opus Sanctitatis Tuæ mandato, & auspicijs confectum, cum in lucem ob publicam vtilitatem proferendum sit; cui Principi rectius dicabitur, & in cuius potius quam in tuo glorioso nomine apparebit Gregori Pont. Max. cuius iussu absolutum, & elaboratum est. Hoc igitur qualecumque sit opus. Sanctitatis Tuæ dat, donat,

dedicat,

dedicat, Collegium Physicorum Vrbis Sanctitatis Tuæ obseruantissimum, quod quidem munus quamuis tenue admodum sit, Tibi non ingratum fore persuadet nobis eximia humanitas tua. Neque verò ea, quam in terris Summi Dei personam refers, quin tibi illud offerremus deterruit, quin potius excitauit: vt enim Deus Cæli, & Terræ, & omnium, quæ Cælo, & Terra continentur Dominus, munera etiam minima ex offerentis animo non aspernatur: ità neque Tu Dei Vicarius, verus, & legitimus vniuersi terrarum orbis Rex, & Dominus, nostrum hoc exiguum munusculum contemnes. Vale, & viue.

ANTIDOTARIO ROMANO,

ouero modo di comporre li medicamenti, che sono in vso.

Opera per li Spetiali, e per li Medici non meno vtile, che necessaria.

ALLA S. DI N. S. GREGORIO XIII. PONT. OTT. MASS.

ESSENDO, Santissimo Padre, molte l'arti, e quelle inuero singolari, che sono state inuentate per commodità, & vso de gli huomini, vna nondimeno fra l'altre più nobili, grandemente famigliare, e maggiormente necessaria è l'Arte della Medicina, essendo, che l'altre sono vtili, e di giouamento ad alcuni; ma la Medicina, ò in conseruare, ò ricuperare la sanità à tutti è più che necessaria, e per questo tiene il primo luogo trà li beni humani; talmente, che essa offesa, tutti gli altri beni non solo del corpo, e della fortuna; ma etiandio l'istesse virtù dell'animo se debilitano, & in certo modo languire si vedono. Onde quest'Arte, per la quale l'huomo si fà appresso l'altr'huomo, come vn Dio, è stata sempre da i Filosofi di somma autorità, chiamata Inuentione diuina, e le lettere Sacre